



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Series Actorvm Omnivm In Canonizatione Sancti Thomae a Villanova, Cognomento Eleemosynarij**

**Romae, 1658**

Augustinus de Bellis Episcopus Soranus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9857**

tur, illi decerni sacros honores, vt posita tam præclara lucerna super Candelabrum, tum Regularis, à quo prodijt, tum Episcopalis Ordo, in quo emicuit, magis magisque illustretur; cætera quoque plebs Christi, proficiens de exemplis virtutum illius, in rectam salutis semitam dirigatur, tota lætetur Ecclesia cum nobili turba Sanctorum in die Canonizationis, & Respublica Christiana, noui huius Patroni meritis, in tot calamitatibus aliquando respiret.

### Marcus Antonius Oddus Episcopus Hierapolitanus.

**B**eatissimus Thomas à Villanoua virtutum splendore, & Spiritus Sancti flamma coruscans, tanquam lucerna ardens charitate, ac lucens exemplo, iure optimo meretur, Beatissime Pater, non amplius detineri sub modio, sed in sublimi Ecclesiæ Candelabro poni, vt cœlestibus consecratus honoribus, luceat omnibus, qui in domo Dei sunt.

### Augustinus de Bellis Episcopus Soranus.

**T**ot Sanctitatis monumenta, quæ de Beato Thoma de Villanoua, Cœlo teste, nuper accepimus; tot, inquam, illustrium miraculorum spectacula; tam ingens virtutum heroicarum seges; fidelium omnium in illum cultus; sacra Rituum Congregationis solertia in his omnibus expendendis; supremi tandem Pastoris vigilantia, in his elimpidandis, testatum faciunt, inter Cœlites illum fixisse sedem: Censeo igitur in Sanctorum numerum à Sanctitate Vestra referri posse.

### Bernardinus de Aragona Episcopus Bouen.

**O**b præclaras virtutes, ardentemque in Deum, & in proximum charitatem, vt ex his, quæ de eius sanctitatis fama,

ma,